



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Verbo Dei Libri Tres**

**Helm, Heinrich**

**Coloniae, 1560**

**VD16 H 1736**

Verbum Dei custodiendum est in uita & opere. Cap. LI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30114**

Quia in isto gladio morientur omnes peccatores. Et omnes qui accipiunt gladium istum iniuste, ad excusandas excusationes in peccatis & populi fascinatione & percutisse. Matt. 26. rint cum eo conscientias infirmorum: in gladio isto peribunt. 1. Cor. 8.

Maria mater verbi, verba Dei omnia que de Christo dicitur. Luc. 2. cebantur conservabat in suo corde & contulit ea cum scripturis sacris. In hoc nobis dans exemplum, ut & nos ita faciamus. Sic memoria nostra, arca Dei, in qua manna cælestis, panis vitae, ipsum Dei verbum reponatur ad custodiendum & rememorandum. Deut. 31. Heb. 9.

*Verbum Dei custodiendum est in ore.* Cap. L. 10. *Verbum Dei custodiendum est in ore, per pre-dicationem, doctrinam, & mutuam collationem.* Sic David ait: Loquebar de testimonij tuis in conspectu regum, Psal. 118. & non confundebar. Quem Deus mittit, verbum Dei loquitur. Ioan. 3. Sic abinde verbum Dei habitare debet in nobis, Nā Col. 3. loqua sua vñquemque manifestat. Nihilominus diabolus seducit, Iudas proditionis, hereticus, pestilens, sicut omnis malus, verbum Dei loqui potest, docere alios, sed non docere se. Rom. 2. metipsum. Sicut illi, qui dicunt & non faciunt: Sanant alios, Matth. 23. & non curant se metipsum. Ideo perfectus modus sequitur, Luc. 4. sine quo præcedentes, plus obsunt quam profunt, magis damnant, quam salvant.

*Verbum Dei custodiendum est in vita & opere.*

*Caput LI.*

Vinto modo, seruandum est verbum Dei in opere, A vita, moribus & impletione: Nam seruus sciens voluntatem domini sui & non faciens, vapulat multis. Nec auditores legis, sed factores legis iustificantur. So Rōm. 2. lammodo terra illa bona & optima effertur laudibus, quæ Matt. 13. accepto semine fructum attulit multum in patientia. Hęc Luc. 8.

Bb bene

Hebr. 6. benedictionem accipit: Alia, spinas & tribulos proferens,  
 reproba est & maledicto proxima, cuius consummatio &  
 Iohann. 15. finis est in combustione. Vos amici mei eritis (dixit Iesus  
 Matt. 23. tor discipulis) si feceritis quæ præcipio vobis. Non dicit,  
 si sciueritis, si credideritis, si legeritis, si docueritis. Illa enim  
 Iohann. 15. oportet facere, & haec non omittere. Et alibi: Qui manet in  
 me, hic fert fructum multum, qui manet in vitam æternam.  
 Et iterum: Quid dicitis mihi, Domine domine, & non fa-  
 catis quæ dico? Hinc Maria, ministris dixit: Ominia quæ di-  
 Matt. 7. cet vobis filius meus, facite. Quia arbor bona fructus bo-  
 Iohann. 2. nos facit, & ex fructibus operum, non ex folijs verborum  
 Luc. 6. arbor cognoscitur. Imo arbor quæ fructus bonos non fa-  
 Luc. 13. cit, excidi iubetur, & mitti in ignem; à Christo est maledic-  
 Matt. 21. ta. Sic homo quasi lignum secus decursus aquarum plan-  
 Psal. 1. tatum, quod fructum suum dat in tempore suo. Hinc do-  
 Levit. 20. minus dixit: Custodite præcepta mea, & facite illa. Beati  
 Ecclesi. 2. oes qui timent dominum, & custodiunt mandata illius. Hic est  
 2. Tim. 3. scopus unicus omnium diuinarum institutionum, ut homo sic  
 1. Iohann. 5. ad omne opus bonum instructus. Et omnia mandata Dei sunt  
 Psal. 118. custodienda, quia grauiam non sunt. Et maledicti, qui decli-  
 Deut. 27. nant ab eius mandatis. Et iterum: Maledictus omnis, qui  
 Galat. 3. non permanet in omnibus mandatis quæ scripta sunt in lib-  
 Jacob. 2. bro legis ut faciat ea. Nam si quis totam legem seruaret, of-  
 fenderet autem in uno, factus esset omnium reus. Q. 10

Observatio mandatorum Dei, est charitas uera!  
Caput LII.

**A** **H**ec verò mandatorum Dei adimpletio, est vera &  
 I. Iohann. 5. ipsissima Dei dilectio, sine qua nemo potest salvus  
 Matt. 22. ri, in qua tota lex pendet & prophetæ, teste Apostolo Io-  
 Galat. 3. anne. Custodiamus ergo iudicia iustitiae eius, quia in cu-  
 Psal. 18. stodiendis illis, retributio multa, Quia illis dat Deus vi-  
 Matt. 19. tam æternam. Q. 10